ann. max. 1167. intonabat f), idem archiepiscopus Maguntinus g) et cum ipso Philippus Coloniensis ecclesie maior decanus imperatoris cancellarius, dicti Reynaldi in episcopatu successor, cum quingentis vel circiter viris armatis per longam et arduam viam fessi h) in auxilium dicti Reynaldi i) archiepiscopi venientes iuxta civitatem Tusculanam obsessam in confinio resederunt k). Quos statim Romani invadentes retrocedere compulerunt. Sed ipse dominus Reynaldus spem sibi ponens in domino cum suis e portis obsesse civitatis erumpens Romanum exercitum bello audacter invasit et prostratum omnino fugavit. Ubi de Romanis passim per agros fugientes 9000 ceciderunt et 5000 capti fuerunt nullis l) de parte archiepiscopi perditis. Preda tota cessit servientibus, militibus tantum m) triumphi gloria servabatur. Computatum igitur fuit postea per Romanos, quod n) de 42 milibus o) vix duo milia in urbem incolumes sunt reversi p). Romani igitur his pressuris ad deditionem q) coacti prefato Frederico imperatori de cetero firmam obedienciam prestiterunt certis pactis [24] iurisiurandi et scripturis valide roboratis. Cuius r) quidem domini Reynaldi s) imperator exhilaratus victoria eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi t) largas fecit possessionum et privilegiorum donationes, inter alia conferens eidem archiepiscopo et ecclesie Coloniensi u) curtes imperiales in Andernaco et Exenhagen v) cum nonnullis aliis, quibus ipsa Coloniensis ecclesia gaudens habundat usque in presens. Obiit autem dexi ipse w) dominus Reynaldus in
ann. max. 1167. cal. II. Italia in vigilia assumptionis b. Marie, vir sapientia et probitate mirabilis.+ Cuius ossa translata sunt Coloniam et in ecclesia s. Petri honorifice tumulata.

[24] v. pactum quod pepigerunt Romani cum imperatore Friderico ann. max. 1167.

+ add. 5 et 6: in quo spes maxima imperatoris glorie residebat.

f) intonebat 1. 2. g) Maguntinen. 3. h) gressi fessi 4'. 4''. i) Reynnaldi 3. k) residerunt 2. 3. l) mille 2. m) cum 2. n) et 2. o) militibus 3. p) sunt rev. incol. 1. q) dedicationem 1. 3. r) Qui 2. 3. s) Reynaldus 3. t) arch. Coloniensis eccl. 4. 4'. 4''. u) Col. eccl. 2. v) Exenhaghen 1. Exenhoven 2. 3. 4. w) idem 4'. 4''.